

Band II., Nr. 312, Seite 13-14

König Konrad III. nimmt die dem heiligen Grab in Jerusalem übergebene Kirche in Denkendorf in seinen Schutz und ermächtigt dieselbe, sich ihren Vogt nach eigener Wahl zu bestellen.

Markgröningen, 1139. Oktober 14.

In nomine sancte et individue trinitatis. Conradus, divina favente clementia Romanorum rex secundus. Auctoritas regiae potestatis, ad quam per divinam misericordiam, pro defensione ecclesie et regni assumpti sumus, hoc exigit, ut quieti et utilitati utriusque auxiliante domino pro posse nostro provideamus. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad regimen assumpti sumus, res pauperum et precipue ecclesiarum a pravorum hominum nequicia tueamur. Sicut etenim intercessionibus et orationibus bonorum hominum indigemus, ita piis et iustis petitionibus eorum annuere debemus. Ea propter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod ecclesiam Denkendorf cum omnibus appendiciis suis, tam cultis quam incultis, et cum omni familia, a domino Bertolfo, nobili et illustri viro, sancto sepulcro Ierosolimis collatam, secundum petitionem ipsius et eiusdem ecclesie prepositi Conradi et fratrum suorum et advocati Ludewici, in tutelam et defensionem regie nostre potestatis suscepimus, et, ut omnia eidem ecclesie a predicto viro vel a quolibet fidei iuste ac rationabiliter collata, vel in posterum a quibuslibet conferentur, firma et inconvulsa ad usus et necessitatem fratrum ibidem deo famulancium permaneant, precepimus. Advocatus vero cum obierit, vel si ipsam ecclesiam supra modum inquietaverit, prepositus, consilio fratrum suorum, liberam potestatem alium eligere habeat, quem magis utilem et idoneum ecclesie cognoscat. Ad maioris vero certitudinis auctoritatem huius scripti paginam inpressione nostri sigilli munimus. Huic confirmationi nostre testes idoneos adhibuimus, quorum nomina hec sunt: Heinricus, Ratisponensis episcopus, Embricho, Wirzeburgensis, Suiggerus, Brandeburgensis. comes Adelbertus de Calva. marchio Hermannus. comes Hugo de Duingen. comes Fridericus de Zolro. comes Bobbo de Lofen. comes Egeno de Veingen. comes Ludevvicus de Wirdenberc et frater suus Emecho. Gotefridus advocatus de Nornberg. Walterus de Lobenhusen et frater suus Engehardus. comes Diepoldus de Berge ac frater suus Rapado. Marquardus.

Signum domini Conradi Romanorum regis secundi. (*Monogramm.*)

Ego Arnoldus cancellarius vice Adelberti Magontini archicancellarii recognovi.

II

Anno dominice incarnationis MCXXXVIII., indictione II., regnante Conrado Romanorum rege secundo, anno vero regni eius II. Data Groningen II. idus Octobris in Christo feliciter. Amen.

—

Der Textabdruck erfolgt nach CHRISTOPH BESOLD: *Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...]*, 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, Denkendorf, Nr. 2, S. 451.

Nachträglich hat sich eine Abschrift des frühen 16. Jahrhunderts im Denkendorfer Kopialbuch, S. 244, im Hauptstaatsarchiv Stuttgart gefunden, die jedoch nicht mehr verglichen wurde; nach *MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER*, Bd. 9: *Die Urkunden Konrads III. und seines Sohnes Heinrich*, bearb. von Friedrich Hausmann, Wien u.a. 1969. [ND München 1987] ist die Überlieferung bei Besold wertvoller.